

queat quantum optimo cuique, &c. Reliqua nostis.

Tametsi verò hoc se facturos recepissent, nihil tamen effectū. Quin potius astute interea sollicitant Theologos Loranienses vt mea Biblia (nam id non audebant) in suum catalogum librorum suspectorum & hæreticorum infarcirent: quo tanquam præiudicio, ostenderent non esse opus insumere laborē à Rege iniunctum, in opere iam condemnato. Propterea Castellanus ad eos tertio in hæc verba rescripsit,

Ad literas meas proximas, quas ego Christianissimi Regis iussu perscripserā, quū ita rescripsissetis vt nihil in causa Roberti Stephani, non ad Regis Christianissimi æquissima postulatis arbitriū facturi videremini: nihil existimaui nobis præterea illa de re vobiscū fore negotii. Quinetiam Rex ipse hoc sibi authore me persuaferat, emēdatis & indicis & argumentorū vitiis, circūscriptis offensionibus annotationū, animaduersis reliquis quibus vlla aut prauitatis, aut incōmodæ suspicionis latebra inesset: ita cætera expediri posse,

b.i.